



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Legia Catholica

Roberti, Johannes

Leodii, 1633

64. Albertus de Cuyck.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64596)

bro, innocentem Deo animam
generosus Martyr, sanguine
purpuratam representavit.

Ne de vero Martyrio dubites;
plura miracula Remis ad eius
Sacras Reliquias patrata, fidem
faciunt. Oblata Deo gratissima
hæc Hostia anno 1192.

LXIV. ALBERTVS
DE CVYCK.

Impetratas à Cælestino Pon-
tifice, S. Laurentij Reliquias,
Româ Leodiû gratulabundus
detulit. Huius tempore, blas-
phemus quidam vino æstuans,
ipso Christi Domini Natali
die, Imagini eiusdem Christi
carnes aſtas, veru adhuc hæren-
tes, obtulit, insultans, quòd fo-
lus ieiunus perſisteret, alijs e-
pulantibus. Protinus obuerſum
veru oculum impio ioculatori
exſculpiſit.

D

Illud

Illud quoque prodigiosum. Præpositus Maioris Ecclesiæ, nepotem quendam suum, Monasterium S. Iacobi Leodij ingressum, & Monachum profectum, armatis Satellitibus, vi extraxit. Conquestus apud Episcopum Abbas, cum nihil proficeret, Præpositum ad Diuinum Tribunal citat, intra quadagesimum diem, inibi rationem facti redditurum. Irridens Præpositus, hominem, tanquam fanaticum contemnit. Sed non diu impunè tulit. Quadagesimo die constituto, Abbas emoritur. Pulsantur Catholico more campana æra. Balneo Præpositus corpus tum fortè fouēs, quærit, Quid sibi illa compulsatio velit? causam audiens, ac diem, citationemque recordans: Mihi quoque, inquit, migrandum,

dum, & coram iusto Iudice
comparendum est. Et cum di-
cto, horrendo cum eiulatu, ani-
mam eijcit.

Quod iam subiungo, non vi-
deatur fortè ex ijs esse, quæ Le-
giam Catholicam probent. Cū
tamen insigne sit beneficium,
Leodiēsis meis diuinitus col-
latum, non est visum, hoc tem-
pore, quo contigit, reticendum.

Carissima Leodij, & in vici-
niâ, erat annona lignorum, quæ
ad omnem vsum vitæ humanæ,
culinæ maximè, atque eorum
opificiorum, quæ ignis ministe-
rio exercentur, necessaria sunt.
Faber erat ferrarius, quem gra-
uis inopia premebat. Cui cum
Senex quidam ignotus, candi-
dâ veste indutus, se obtulisset,
eumque comiter salutans, in-
terrogasset, ecquid valeret? ec-

quid ars, & mercimonium rectè procederet? respondissetque Faber, se lignorum, & carbonum inopiâ ad incitas reducitur; ille humaniter, Vade, inquit, ad montem, qui Monachorum dicitur, ibi fode; & terram reperies nigram, aptissimum ignis, ad omnem usum, nutrimentum: Faber, amicis adhibitis, paret monitis, fodit, & atrum illum carbonem eruit, quem *Hullam* vocamus, multo bitumine pinguem, qui supra quadringentos iam annos, & toti ditioni Leodiensi, & vicinis, remotioribusque populis, ignem alit, tum calidissimum, tum vilissimum, & maxime parabilem. Hæc tēpore huius Episcopi Alberti contigerunt. Hulla anno ferè 1200. eo, quo dixi modo, ostensa, & reperta est.